



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi  
Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres**

**Coppenstein, Johann Andreas**

**Mogvntiæ, 1627**

Hæresiarchæ in Sæculo VII. dissoni Papis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35233**

vltro se pandit, ac S. reliquias ostendit. Varijs claruit miraculis, eximius Dei paræ cultor.

Intranti templum ad Matutinas id diuina luce coruscavit: accedens, aram Parthenicam conspicit. Deiparam infella; quæ sic ad eum infit; porrecta ei sacerdotali veste: Accipe, quod è thetastro Filij tibi munusculum trado, quo in nostræ utraris festiuitate.

Me decorans laudibus dignus honoratus est. Dicit, & subiunxit abijt. Vests miræ subtilitatis ac candoris in ecclesia Toleti asseruatur. Obiit an. 677.

S. IVLIANVS Episc. Toletanus anno 680. scripsit contra Iudeos, & Prognosticon extremi iudicij: obiit an. 680.

ANASTASIVS Episcopus Nicænus sub annum 680.

SIMON METRAPHRASTES. &c.  
ADHELMVS. &c.

Dogmata Ecclesiæ Romano-Catholicæ, Nouatoribus contraria, Sæculi VII. Exempli gratia.

I. *Missam esse Sacrificium asserit hoc etiò Seuerus Alexandrinus in Missa Isidori, de diuinis officijs. Et Ioannes Casaraugustanus de Ecclesiasticis officiis.*

II. *In Eucharistia verum esse Corpus Christi asserit Casarius homilia 5. Isidorus de Officijs, vt citat Augustinum lib. 6. Originum cap. 18. Seuerus Alexandrinus in Liturgia.*

III. *Iustificationem, & bona opera docet*

Casarius homilia 2. 4. 12. 15. Isidorus lib. 2. de summo bono, c. 2. & 5. Adhelmus epist. ad Geruntium.

IV. *Baptismum parvulorum ac Ritu illi. us docet Concilium Tolet. IV. c. 5. Isidorus de summo bono c. 23. & lib. 6. Euseb. molog. c. 18.*

V. *Confessionem & Absolutionem sacramentalem docet Isidorus l. 6. Originum.*

VI. *Confirmationem per Christum docet St. Seuerus Alexander in Rituab. Isidorus l. 6. Etymol. c. 18.*

VII. *Purgatorium, & Orationem profunctis docet Isidorus l. de Offic. Casarius Arelatensis. Seuerus in Liturgia: Metaphraestes in historijs Sanctorum.*

VIII. *Invocationem Sanctorum testantur Seuerus in Liturgia. Ildefonsus in Virgine. Metaphraestes in Vit. Sanct.*

IX. *Imagines sanctorum asserit Concilium Oecumenicum VI. Constantiopol.*

Hæresiarchæ in Sæculo VII. dissoni Papis.

MONOTHEITÆ, sic dicti, quod unam voluntatem & unam Operationem Christo tribuerent, ortum repetunt ex Egypto inde ab anno 535. quando ab Seuero Pisidiano, sed Apocrisario Constantinopolitano, complures sunt hæreses progressæ; (de quo superiore Sæculo.) Cumq; ijdem nati ab eodē sunt Monophysitæ, qui unam naturam Christo assignabant:

TETRADITÆ, Theopaschite, Aphetartodocita, qui à dogmatib. tunc confictis mōstrosis

lis monstrosa nomina sunt sortiti, vere  
implete isto: Ila. 29. Concurreret factam  
Aegyptios aduersus Aegyptios. &c. & dirum-  
petur spiritus Aegypti in visceribus eius.  
&c.

Anno 633. emersit in publicum latens  
hactenus hæresis Monothelitarum, au-  
tore CYRO Episc. Alexandrino, co-  
nante, seu singente se cunctos Ægypti  
hæreticos Romanæ iuncturum Eccle-  
siae.

Itaque coacto Alexandriæ Concilii decreuit, ut duæ in Christo naturæ  
agnoscerentur: duarum autem Volun-  
tatum ac Operationum nomina file-  
rentur, eoram loco *Vna tantum Virilis*  
*Dei Virilia Voluntas & Operatio* diceretur;  
Quò sic vñitarum in Christo natura-  
rum differentia tolleretur, quam Apol-  
linaristæ, Eutychiani & Nestoriani tol-  
lebat, vnam asperentes Voluntatem:  
Etsi diuersa ratione. *Apollinaristæ* qui-  
dem eo, quod Animam intellectualē  
in Christo non ponerent; sed *Verbum lo-  
co animæ*: vnde, cum Voluntas sit in ra-  
tione, humanam Voluntatem negabat  
in Christo.

*Eutychiani*, quod vnam in Christo na-  
turam cōpositam fingerent, Nestoria-  
nieò, quod Vnionem D e i & Homi-  
nis factam duntaxat secundum Affec-  
tum & Voluntatem putarent; vnicam  
in Christo voluntatem consequenter  
statuebant.

Cyrus sibi Sergium Constantinopolitanum, ad noua prounum, iunxit: itemque Heraclium Imperatorem, &c. de quo in *Variis*.

At Honorius Papa hæresin anathe-  
matizauit.

Vide & in Sancto Seuerino PP. su-  
prā.

MAHOMETES patre Iudæo natus  
apud Hometitas in Arabia felice, anno  
630. camelariā exercuit seruus serui a-  
pud viduam copiosam. Sed ingenio va-  
fer, diu pastor camelorum, post heram  
duxit vxorem Tadigam. Profectus in  
Palæstinam ab utrisque, Christianis,  
& Iudæis, aliquid hausit & confudit, nū-  
dinationemque exercens a dæmone  
ob/effus comitiali sèpius morbo conci-  
dit: vnde se prophetam dictabat, qui  
conspicto Gabriele Angelo familiari i-  
sta pateretur.

Ita & mœstam ex infelici pudendo-  
que matrimonio vxorculam nobilem  
vnde seruitum solabatur, & plurib. im-  
ponebat. Tadiga tamen consulebat  
monachum Arianum, isthuc relegatū;  
qui confirmabat eum solere prophetis  
angelum fieri aspectabilem, patique ta-  
lia. Sic persuasa persuasit multis: pseque-  
vafer confinxit alia atque alia, quæ diui-  
nitus accepisset.

Forte tunc reuertenti Heraclio, Per  
farum Victori occurrens laudes victo-  
riales accinuit, edocitus eas à monacho  
dicto: simul petivit terram ab Victore  
camelis pascendis; & obtinuit.

Quia vero circumcisio obserua-  
bat, Iudæi Messiam credebant, decem  
proceres mittebant ad eum sancte ob-  
seruandum; quæ tamen deteruerunt,  
quod immundâ camelinâ vesceretur:  
at non destiterunt eum contra Chri-  
stianos extimulare.

Finxit is, paradisum deliciis gule ventris  
que affluentem, ijsque potueros qui aut  
hostem

hostem occidissent, aut ab hoste caderent. Po-  
lygamiam permisit.

Quo vniuersos traheret, ex omnibus  
sectis aliquid accersiuit; à Iudeis Circum-  
cisionem, & à Suilla abstinentiam: à Christi-  
anis Christi cultum, sed cum opinione  
Ariana, Nestoriana, Manichea:

1. Ut Christum esse Dei Verbum & Filium;  
sed creatum & seruum, ex Maria sine  
semine natum:

2. Capti Vmbram Iudeos crucifixisse, non  
Ipsummet.

3. Interrogatum, in caelos digressum, à Deo  
num se Filium Dei dixisset; negasse: sibi in ex-  
tremo iudicio dandas paradijsi claves.

Fatum afferuit, destinans homines ad bo-  
num, seu malum.

Ab Ethniciis sumpsit cultum astri Cu-  
bar, seu Luciferi, & Lune. Vetus instituta  
sua disputari.

Fabellas 113. deridiculas affinxit.

Inaudita brutis animalibus prædica-  
bat; homines arma in hostes sumere per-  
fuerat.

Occiso primum fratre Imperatoris  
Heraclij, domino terræ istius, apud Da-  
mascum Syriae Sedē regni posuit, mox-  
que totam sibi Arabiam concilians: Psal-  
mos composuit vitulæ rubræ, Araneæ  
muscipulæ, vpupæ & ranæ: vxorem al-  
terius appetenrapuit, viro resistere pro-  
phetæ non audente; exinde polygami-  
am prædicauit.

Prædixit se mortuum fore per Ga-  
brialem reluscitandum die tertia. Ergo  
mortuum custodiunt, à terrum scilicet  
diffugiunt; singunt discipuli angelum  
fugisse præsciam vigiliarum: deserti la-  
tus cum exedissent canes, sepeliunt re-  
siduum: Vnde quotannis canicidium

obseruant. Homuros discipulus sepul-  
cri custos, vt adoretur, mulcens perfusac.  
Inq; posito ei templo duos inter magne  
tes sublimis ferrea tumba pendens, vel  
ut, miraculo maledicta a hodieque iller-  
uat ossa; quod frequentissima ac difficulta-  
ma feruet peregrinatio, publicis adora-  
ti sumptibus consueta.

## V A R I A

### Testimonia Fidei historica in Saeculo VII.

ANNO D C I. S. Gregorius edit  
*Constitutum de Monachorum Exem-  
ptione & Immunitate*, Cardinalum  
toto Collegio, libertati congaudente.  
Statuta vero monasticum, vt annis pre-  
teritis saepius, ita & hoc anno plurimis  
lustravit Deus; testibus S. Gregorio Da-  
logis. Vt Rome in S. Andreæ cenobio.

Frater junior emptor, quid aristela-  
uans, clam obsidetur à cacodementis  
furit.

Dimislus ab hoc percunctanti, num  
quid proprij oculuerit, negat, atrepes  
denuo quatitur: sive octies interrogatum,  
negantemque octonis intervalis contigit & diuexari, & à spiritu dimi-  
ti, donec demum fateretur; simul & omni-  
nino arceretur Satan.

Alius ibidem fugere è monasterio  
decreuerat; & ecce, apertis oculis exca-  
tus & exsensus tremit, vociferatur.

Ad aram S. Andreæ depositus à tri-  
bus, pro eo deprecantibus, fibreddi-  
tur; cul pâque dicta ait: Senex in me di-  
lan-

